13 de Agosto de 1651. N. 189. 1

1-361-91

Nos Jacobus Azemar et Joannes Delpont agricolae ambo loci de finestret dioc. Elnen. gratis confitemur et recognoscimus vobis Raphaela ventalo viduae relictae honor. Petri ventalo q. agricolae loci de Joch dictae dioc. praesenti quod numerando realiter et de facto in notarij et testium infrascriptorum praesentia dedistis et tradidistis nobis nosque a vobis habuimus et recepimus centum et decem libras monetae Rossilionis pro quibus sive quarum pretijs per nos et nostros assumimus oneramus et incarricamus super nos et bonis nostris et alterius nostrum insolidum universis generaliter et specialiter et expresse super petijs terrae infrascriptis totum illud censuale mortuum consimilis pretij et pentionis annuae quinque librarum et decem solidorum dictae monetae quod vos faciatis et praestatis seu bona quae fuerunt dicti q. viri vestri facere et praestare tenentur annis singulis festo paschatis resurrectionis Domini beneffitio sub invocatione sanctorum Petri et Pauli in altari ejusdem invocationis capellae castri de Joch instituto et fundato per q. Don Rajmundum de Perellos super domo in qua vestram facitis habitationem quae fuit dicti q. viri vestri in dicto loco de Joch sitam in vico quo itur ad Ecclesiam Sti. Martini de Joch quae est medietas domus Michaelis Mauri q. agricolae dicti loci de Joch quod quidem censuale est medietas illius majoris censualis pretij sive proprietatis ducentarum et viginti librarum et pentionis annuae undecim librarum quod dictus q. Michael Mauri specialiter super tota dicta domo cujus medietatem tenet et possidet Michael Sabater agricola dicti loci de Joch et generaliter super omnibus et singulis illius bonis faciebat et praestabat dicto beneffitio quamquidem domum post mortem dicti Michaelis Mauri Jacobus Barrera agricola loci de Marquexanes alter ex tutoribus et curatoribus Joannae et Elisabetis filiarum dicti q. Michaelis Mauri et procuratoret actor Petri fuster q. agricolae villae de Bula terranera etiam tutoris et curatoris dictarum Joannae et Eli-

sabateris vendidit Gratiae ventalo viduae quondam matri dicti viri vestri
et Bernardo Sabater quondam agricolae dicti loci de Soch patri dicti Michae
lis Sabater ut constat de dicta venditione cum instrumento recepto per
Joannem Petrum Lluch quondam notarium villae de Ala Die vigesima
tertia mensis Augusti anno millesimo quingentesimo nonagesimo
secundo Qui quidem Bernardus Sabater et Gracia ventalo ex pac
tio dictae venditionis dictae domus eis ut praedicitur factae assump
serunt incarricarunt et oneraverunt equaliter totum dictum ma
jus et supra mentionatum censuale Et ideo renuntiando etc con
venimus et promitimus vobis ac dicto beneffitio et pro eo Reverendo Do
mino Francisco Montagut presbitero s.t.d. dictum beneffitium ob
tinenti licet absenti et notario etc dare solvere et aportare eidem
et successoribus suis in dicto beneffitio dictam supramentionatam
medietatem censualis supradicti et seu ejus annuas pentiones
franchas ab omnibus expensis absque damno et missione vestris et a
solutione et prestatione ejusdem medietatis censualis tam in pre
tio quam in annuis pentionibus servare et liberare vos et bona vestra
et dicti quondam viri vestri et vestrorum indemnes et indemnia ac penitus
sine damno sine aliqua videlicet dilatione etc cum salario pro
ratoris assueto ultra quod etc missiones etc credatur etc Et pro his etc
obligamus specialiter et expresse hypothecamus vobis et vestris ac
dicto beneffitio videlicet Ego dictus Jacobus Azemar totam il
lam petiam terrae campam sitam in terminis de Soch et in adjacen
tia Sanctae Columbae de Finestret loco dicto a Cassanijes continentem
in se unum jornale terrae parum plus vel minus Et terminatur a
oriente cum tenentia uxoris Dominici Patau dicti loci de Fine
tret et cum recho majori del Pla a meridie cum tenentia Jacobi Sa
bater alias Valent torrente de Cassanijes in medio ab occidente cum
tenentia Jacobi Morer quae fuit Melchioris Cirer torrenti in me
dio et a circio cum tenentia Joannis Delpont dicti loci de Finestret
et cum tenentia Clarae uxoris Michaelis Buquets loci de Soch
quae fuit uxoris Jacobi Sarrallo de Nafiach Et Ego dictus Jo
annes Delpont aliam petiam terrae campum ibimet sitam conti
nentem in se unum jornale terrae parum plus vel minus quae ter
minatur ab oriente cum tenentia dictae Clarae Buquets et cum

GOBIERNO DE ARAGON

tenentia Joannis Michaelis Toraudl a meridie cum tenentia dic-
ti Jacobi Azemar et cum torrente de Cassanyes ab occidente cum
eodem torrente et a circio cum tenentia rectoria de finestret et
cum tenentia Michaelis Sabater et cum tenentia franc.ci Comall
dicti loci de Joch Et generaliter sine prejuditio dicta specialis
obligationis nos dicti Jacobus Azemar et Joannes Delpont
obligamus vobis et vestris et dicto benefficio omnia et singula
bona nostra et alterius nostrum insolidum mobilia etc. Renun-
tiantes quantum ad hec benefficio novarum constitutionum etc.
et consuetudinis Barc.ae et Perpiniani loquenti de duobus vel
pluribus insolidum se obligantibus Renuntiamus etiam legi
sive juri dicenti quod prius trahendum sit per specialiter quam
per generaliter obligata et alijs quod quamdiu potest creditor
de speciali hypotheca sibi satisfacere manum ad alia non ex-
tendat et legi sive juri dicenti delationem juramenti ante
sui prestationem posse revocari et sic non valere et foro nostro
proprio et ipsius fori privilegio submitentes et supponentes nos
et bona nostra foro et juridictioni magnificorum vicariorum
Confluentis et Rossilionis ac bajuli villa Perpiniani et eo-
rum curiarum et alterius cum facultate variandi juditium
et omni juri etc. et facimus et firmamus scripturam tertij sub
pena tertij in libris tertiorum dictarum curiarum obligando
proinde omnia et singula bona nostra et alterius nostrum in
solidum mobilia etc. Cui etc. fiat cum constitutione procu-
ratorum assueta etc. Et ut predicta etc. Juramus etc. Hec igi-
tur etc. Actum est hoc in villa Vinciani terre Confluentis
dioc. Elnen. Die Dominica decima tertia mensis Augusti
anno a nativitate Domini Millesimo sexcentesimo quinqua-
gesimo primo. X:

Testes sunt Blasius Mas parator pannorum la-
na et Julianus Vila brasserius ambo Vinciani. X:

In quorum aliena manu scriptorum fidem Ego Jose-
phus Casmella apostolica atque Regia auctoritatibus
notarius publicus Ville Vinciani terre Confluentis

GOBIERNO DE ARAGON

dictoq. Arens. hic me Subscribo & quo utor in publicis Scripturis
appono Sigillum in testimonium. X: